This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Det här är en digital kopia av en bok som har bevarats i generationer på bibliotekens hyllor innan Google omsorgsfullt skannade in den. Det är en del av ett projekt för att göra all världens böcker möjliga att upptäcka på nätet.

Den har överlevt så länge att upphovsrätten har utgått och boken har blivit allmän egendom. En bok i allmän egendom är en bok som aldrig har varit belagd med upphovsrätt eller vars skyddstid har löpt ut. Huruvida en bok har blivit allmän egendom eller inte varierar från land till land. Sådana böcker är portar till det förflutna och representerar ett överflöd av historia, kultur och kunskap som många gånger är svårt att upptäcka.

Markeringar, noteringar och andra marginalanteckningar i den ursprungliga boken finns med i filen. Det är en påminnelse om bokens långa färd från förlaget till ett bibliotek och slutligen till dig.

Riktlinjer för användning

Google är stolt över att digitalisera böcker som har blivit allmän egendom i samarbete med bibliotek och göra dem tillgängliga för alla. Dessa böcker tillhör mänskligheten, och vi förvaltar bara kulturarvet. Men det här arbetet kostar mycket pengar, så för att vi ska kunna fortsätta att tillhandahålla denna resurs, har vi vidtagit åtgärder för att förhindra kommersiella företags missbruk. Vi har bland annat infört tekniska inskränkningar för automatiserade frågor.

Vi ber dig även att:

- Endast använda filerna utan ekonomisk vinning i åtanke
  Vi har tagit fram Google boksökning för att det ska användas av enskilda personer, och vi vill att du använder dessa filer för enskilt, ideellt bruk.
- Avstå från automatiska frågor
  Skicka inte automatiska frågor av något slag till Googles system. Om du forskar i maskinöversättning, textigenkänning eller andra områden där det är intressant att få tillgång till stora mängder text, ta då kontakt med oss. Vi ser gärna att material som är allmän egendom används för dessa syften och kan kanske hjälpa till om du har ytterligare behov.
- Bibehålla upphovsmärket
  Googles "vattenstämpel" som finns i varje fil är nödvändig för att informera allmänheten om det här projektet och att hjälpa dem att hitta ytterligare material på Google boksökning. Ta inte bort den.
- Håll dig på rätt sida om lagen
  Oavsett vad du gör ska du komma ihåg att du bär ansvaret för att se till att det du gör är lagligt. Förutsätt inte att en bok har blivit allmän egendom i andra länder bara för att vi tror att den har blivit det för läsare i USA. Huruvida en bok skyddas av upphovsrätt skiljer sig åt från land till land, och vi kan inte ge dig några råd om det är tillåtet att använda en viss bok på ett särskilt sätt. Förutsätt inte att en bok går att använda på vilket sätt som helst var som helst i världen bara för att den dyker upp i Google boksökning. Skadeståndet för upphovsrättsbrott kan vara mycket högt.

Om Google boksökning

Googles mål är att ordna världens information och göra den användbar och tillgänglig överallt. Google boksökning hjälper läsare att upptäcka världens böcker och författare och förläggare att nå nya målgrupper. Du kan söka igenom all text i den här boken på webben på följande länk `http://books.google.com/`

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
COUNT PAUL RIANT

MEMBER OF THE
INSTITUTE OF FRANCE
HISTORIAN OF THE
LATIN EAST

MDCCCC

GIFT OF J. RANDOLPH COOLIDGE
AND ARCHIBALD CARY COOLIDGE

E H Q 900

Arc 1433.11

COLLECTIO

NUMMORUM CUFICORUM,

QUOS AERE EXPRESSOS,

addita eorum interpretatione, subjunctoque alphabeto cufico,

edidit

I. H. HALLENBERG.

STOCKHOLMIAE,

Apud HENRIC. A. NORDSTRÖM,

1800.

Arc 1433.11

In libello, Stockholmiae MDCCXCVI impresso, cuique istum praefixi titulum: *Ex occasione nummi cufici de nominis Dei Gud in Suiogothica cognatisque linguis origine disquisitio historica et philologica*, studiose adcurateque expositus est nummus cuficus, in Hispania anno aerae muhammedicae centesimo et septimo procusus, ad cujusque in re nummaria insignem usum ulterius illuſtrandum, litteras de eodem opusculo adtulisse e re omnino erit, quae sequuntur:

"Illustri ac doctissimo
"I. Hallenberg
"Regni Sueciae Historiographo &c.
"S. P. D.
"Olaus Gerhardus Tychsen.

"Munus, quo me beasti, tam noui-
"tate, quam exquisitae doctrinae co-
"pia et rerum varietate ita se mihi
"commendauit, vt et in deliciis id ha-
"beam, et pro hac tua liberalitate et
"propensa in me voluntate gratum
"meum animum sine fuco tibi decla-
"rem.

"Numus tuus rarissimus aeque ac ele-
"gantissimus gratissimum oculis spe-
"ctaculum praebet, et maximi momen-
"ti in re metallica Arabum est. Nam
"ea confirmat, quae in adiuncto Ad-
"ditamento I. p. 9. sq. a me exposi-
"ta fuerunt. Seruat quidem Museum
"Nanianum numum a. 100 Cordubae
"procusum, et ipse nuper alium ibi-
"dem a. 104 conflatum, cuius exty-
"pon cera expressum adiungo, accepi;
"tuus tamen ob typi elegantiam et in-

"tegritatem praeprimis dignus erat, qui "ceu exemplar, ad quod prouocari tu- "to possit, proponeretur. Nisi graue "tibi sit, abs te enixe peto, vt nu- "morum tuorum cuficorum, quos p. "2. allegas, annum et monetae locum "mihi beneuole indices, meque tuo "fauore porro complecti haud desinas. "Vale et iube.

"Dab. raptim Rostochii IV. Kal. Sept. "MDCCXCVI."

Idem ille harum rerum arbiter facile princeps, cujusque acri et indefessa sagacitate studium rei nummariae Muhammedanorum in ea positum est luce, quae vix sperabatur, aut ne vix quidem, ad Al-Macrizi historiam monetae arabicae e codice esco-

rialensi a se primum editam, versam et illustratam, Rostochii MDCCXCVII, p. 86, haec adfert: "In additamen- "to I. p. 8. sq. Abdalmalecum eadem "etiam iis, quos Aegypto, Maurita- "niae et Hispaniae praefecerat, nu- "morum in suis prouinciis cudendorum "mandata dedisse, ex ipsis numis et "antiquis scriptoribus confirmaui. Ad "Andalusiam quod adtinet, argenteus "LII Musei Naniani anno 100 editus "extat. Qui vero, quum ob dictionem "מאוה, quae in antiquissimis Secu- "li I et II numis, quos equidem manu "triui, semper מוה expressa cernitur, "suspensum tenere criticum facile pos- "set, ac si ex מאותן ob spatii an- "gustiam decurtata fuisset, opportu- "num accidit, ut clar. I. Hallenberg, "Regni Sueciae Historiographus nu- "mum Andalusiae a. 107. שנה שבע

"סוה cusum — aere eleganter expres-
"sum proposuerit."

Ex pluribus testimoniis aliis addere quoque liceat, quod in *Neueste Critische Nachrichten* a. 1797. p. 6, hoc habetur: "— — Auch für die Lieb-
"haber der orientalischen Münzkunde
"ist diese Abhandlung anziehend und
"wichtig. Den es ist derselben eine
"unverbesserliche Erklärung einer sehr
"sauber und genau auf den Titel-
"blatt in Kupfer abgebildeten cufischen
"Münze vorangeschickt, die ein Staat-
"halter der Omniadischen Chalifen zu
"Corduba im Jahr 107 (J. C. 725)
"also 15 Jahre nach der Eroberung
"Spaniens, hat prägen lassen. Diese
"höchst seltene Silbermünze, die der
"Verf. besizt, ist deswegen vorzüg-

"lich wichtig, weil sie die vormalige "allgemeine Meinung, dass auch (forte "*allein*, vel, *nicht als*) nach dem Jahre "138, als die Omniadischen Chalifen "in Asien durch die Abassiden ver- "tilgt wurden, und der einzige übrig- "gebliebene und nach Spanien geflüch- "tete Abderahman daselbst ihr Chali- "fat wieder aufrichtete, arabische "Münzen in Spanien geschlagen wor- "den, völlig wiederlegt, und die Be- "hauptung des Hn. Hofr. Tychsen in "Rostock in seiner *Introductio s. 59. "130. Addit. I. s. 8.* verglichen mit "*Macrizii histor. monetae arab. s. 86.* "u. s. w. völlig bestätiget."

Nec etiam isti, qui nunc publicantur cufici nummi, adfabre quidem et adcuratissime aeri insculpti, intelligentibus quin sese probaverint, ullus

dubitandi est locus. Et quum hac noſtra in id etiam animum intendamus opella, ut palaeographia Arabum inde illustretur, et muniatur ad scripturam cuficam facilius enodandam via quaedam, quo consilio adjunctum collegimus alphabetum cuficum; itaque nummum istum hispanicum, quoniam usus ejus ea ratione est maxime singularis, praefiximus nunc quoque. Triginta unorum, qui praeterea hic vulgantur cuficorum nummorum primi septem, nonus, decimus et duodecimus, ex illis sunt, qui in nummophylacio regio Stockholmiae adservantur; octavum, decimum quartum, vicesimum septimum, et vicesimum octavum, mecum, pro suo in litteras amore, communicavit, qui eosdem possidet regni Sueciae ad aulam hispa-

nicam Adminiſter, *rel.* generos. Baro Carolus Ehrenswerd; reliqui mei sunt. Juxta seriem annorum, quibus cusi sunt, illos colloco et interpretor. Omnes autem argentei sunt praeter tres ultimos, qui sunt aenei.

TABULA I.

NUMMUS I.

Inscriptiones primae seu adversae partis latine sunt

1. in Area:

Non est Deus, nisi
Deus unus ille,
Non est socius illi.

2. in Margine:

In nomine Dei cusa est haec Drachma Damasci, in anno nono et sep-

tuagesimo. (h. e. Anno Christi 698).

Posticae seu aversae partis inscriptiones sunt

1. in Area:

Deus unus, Deus
aeternus, non gignit, et
non |*generatur, et non* (est)
ei compar unus.

2. in Margine:

Muhammed est legatus Dei, quem misit cum manuductione et religione vera, quo eam extolleret super religiones omnes, si vel refragarentur adsociantes (seu Deo socium tribuentes, gentiles nempe et christiani).

Nummus II.

Cusus est Waseti, in anno tertio et nonagesimo (A. C. 712).

Cetera eadem sunt, quae in proxime praecedenti, suntque bini hi nummi inter Arabum antiquissimos juxta ac rarissimos.

Nummus III.

Cusus est Waseti, anno sedecimo et centesimo (A. C. 737).

Cetera eadem sunt, quae in nummo I.

Nummus IV.

Cusus est Waseti, anno secundo et vigesimo et centesimo (A. C. 740).

Cetera eadem sunt, quae in nummo I.

TABULA II.

NUMMUS V.

Cusus est Waseti, anno sexto et vigesimo et centesimo (A. C. 744).

Cetera eadem sunt, quae in nummo I.

NUMMUS VI.

Cusus est Muhammediae anno octavo et quadragesimo et centesimo (A. C. 765).

In Area aversae partis:

Ex mandato A —
l — Mohdi Muhammed
filius Imperatoris fidelium.

Ad verbum primam hujus inscriptionis lineam redderes: *Ex eo, quod praecepit de ista re,* nempe Chalifa regnans,

hoc est, *ex mandato* Chalifae cudi fecit hunc nummum *Al-Mohdi Muhammed filius imperatoris fidelium*, qui nempe fidelium imperator, seu Chalifa tunc regnans erat Al-Mansur pater Al-Mohdi, cuique patri suo hic filius Al-Mohdi Mohammed in imperio saracenico successit, anno aerae muhammedicae CLVIII, chriſtianae DCCLXXV.

Cetera in hoc nummo eadem sunt, quae in nummo I.

Nummus VII.

Cusus est in Arrania anno tertio et quinquagesimo et centesimo (A. C. 770).

Locus nempe, ubi cusa est haec Drachma, certo quidem certius mihi

videtur esse *Arran*, quod plurium locorum nomen est; sed hoc tamen inter nomina locorum monetalium, in cuficis nummis occurrentium, non percensetur. Me doctiores quid rectum sit perspiciant. Illaesae omnino litterae sunt in ipso nummo, qualesque a chalcographo adcurate depictae in tabella hic comparent. Fortasse erit *Arragjan*, quamquam littera *gim* est omissa. Litterae autem cuficae, quae supra voces *Ellahi dsoreba* ad marginem exstant, nomen gubernatoris, qui jussu Almohdi, Chalifae Al-Mansoris filii, nummum cudi fecit, continent, quodque quale fuerit adcuratius dici vix datur, quum litterae istae legi possint multifariam.

Cetera eadem sunt, quae in nummo proxime praecedenti, praeter le-

vem tantum in area aversae partis hanc differentiam:

Ex mandato
Al-Mohdi Mohammed
filius Imperatoris fidelium.

Nummus VIII.

Cusus est in Andalusia anno centesimo sexagesimo secundo (A. C. 779).

Cetera eadem sunt, quae in nummo I.

TABULA III.

NUMMUS IX.

Cusus est Mohammediae anno tertio et octogesimo et centesimo (A. C. 799).

Area aversae partis ita habet:

Mohammed (est) *legatus Dei,*
ex auctoritate (est) *Princeps Al-Amin*
Mohammed filius Principis fidelium.
Gjafar,

Al-Amin filius Harunis Raschidi, quinti e stirpe Abbas Califae, quique regnavit ab anno fugae CLXX ad annum CXCIII. (A. C. 786—809) proprio nomine dictus fuit Mohammed; sed a patre suo insuper nomen nactus est *Amin*, sive cum articulo *Al-Amin*, hoc est, *Fidelis*, et regnante ad-

huc patre atque hujus auctoritate Emir sive Princeps factus fuit nummosque procudit; hinc dicitur Emir ex auctoritate vel mandato, nempe patris sui. Gjafar autem est nomen Vasalli vel Gubernatoris, qui jussu et auctoritate Al-Amini nummum hunc cudi fecit in urbe Muhammedijah, quo nomine et urbis Bagdadi pars ad Tigrim sita, et aliae urbes insignitae fuere.

Reliquae hujus nummi inscriptiones eaedem sunt, quae in nummo I.

Nummus X.

Cusus est in urbe Al-Sjasj anno nonagesimo et centesimo. (A. C. 806).

Cetera fere sunt detrita; adparet tamen in area aversae partis exstitisse

votum illud pro Mohammede: *Zallallaho alejhi wasallama* צלי אללה עליה ושלם *propitius sit Deus ei benedicatque.* Nec absimile videtur expressum quoque ibidem fuisse ipsius Califae nomen Raschid sive Alraschid.

Nummus XI.

Cusus est in urbe pacis (Bagdadi) *anno centesimo nonagesimo tertio* (A. C. 809).

Area aversae partis:

Mohammed
Legatus
Dei.

Cetera eadem sunt, quae in nummo I.

no adhuc fuisse gubernatorem et nummos procudisse.

Cetera in hoc nummo eadem sunt, quae in nummo I.

NUMMUS XIV.

Cusus est in Andalusia anno centesimo nonagesimo septimo (A. C. 813).

Cetera eadem sunt, quae in nummo I, praeterquam quod vocula כְּלָהּ in inscriptione ad marginem posticae partis in hoc plane abest; id quod tamquam aliquid insoliti nolui praetermittere inobservatum.

NUMMUS XV.

Area I. Partis:

Non est Deus, nisi
Deus unus ille,
cui non est socius.

Margo 1. interior:

In nomine Dei cusa est haec Drachma Alsjasjae anno ducentesimo octogesimo sexto (A. C. 899).

Margo 2. exterior:

Deo est imperium de praeterito et de futuro, jamque laetentur fideles auxilio Dei.

Chalifa ex stirpe Abbas decimus Mutawakkel seu Almotawakkel Alallah, qui regnavit ab anno fugae CCXXXII ad annum CCXLVII (A. C. 847—861), in adversa Drachmarum parte tertiam hanc, quae in antiquioribus nummis non occurrit, inscriptionem, quamque successores ejus postea retinuerunt, primus adposuit. Mortuo illius fratre Watsek imperium prae-

ter fas sibi adscivit, secluso, qui nondum in suam ipse venerat tutelam, fratris filio Mothadi. Auxilio exercitus turcici id effectum fuit; sed videri certe voluit Motawakkel hac in monetis nova inscriptione Deo ejusque tantum auxilio acceptum referre imperium.

In area posticae partis haec occurrunt:

Deo
Muhammed
Legatus Dei
Almotadhed billah
Ismail filius Ahmed.

Nimirum *Deo* potestatem suam debent *Muhammed*, qui *Dei* fuit *legatus*, nec non supremus jam regnans Chalifa *Almotadhed billah*, tandemque

Ismael filius Ahmedis, qui hunc nummum signari jussit, quique in Transoxana fuit Dynasta. Et hi Dynastae, qui Chalifas abbassidas agnoscebant, horum quidem Chalifarum nomina nummis suis inscribebant, regnum tamen Deo soli referebant acceptum.

Inscriptio hujus nummi ad marginem posticae partis eadem est atque in nummo I. et reliquis.

Nummus XVI.

Cusus est in Alschasch anno ducentesimo octogesimo septimo (A. C. 900).

Cetera eadem sunt, quae in proxime praecedenti.

Nomen Ismail, quod vulgo scribitur cum littera elif in medio ante ain, in nostris aliisque nummis sine elif hocce scriptum occurrit.

TABULA V.

NUMMUS XVII.

Cusus est in Balch anno ducentesimo nonagesimo primo (A. C. 904).

Area II. partis:

Deo
Mohammed
Legatus Dei
Almoctafi billah
Ismail filius Ahmed.

In ceteris convenit cum nummo XV; sed typus et litterae longe sunt diversissimae, atque in hoc quam maxime luxuriantes.

NUMMUS XVIII.

Cusus est Sjasjae, anno ducentesimo nonagesimo tertio (A. C. 906).

De loco, ubi cusus est hic nummus, aliquantum haereo; interim locorum monetalium nihil succurrit, cui potius quam Sjasjae vel Al-schaschae, litterae in nummo obviae adaptentur.

Cetera in hoc nummo eadem sunt, quae in nummo XV.

Nummus XIX.

Cusus est Alschaschae anno ducentesimo nonagesimo tertio (A. C. 906).

In omnibus convenit cum proxime praecedenti, sed typo et litteris longe ab eodem distat. Littera finalis *Je* in nomine *Almoktafi*, quod in area aversae partis exstat, plane abest, et scriptum est hoc nomen אלמכתפ. Littera autem *Re* vocis *almoschrecuna*, אלמשוכרן

in margine posticae partis aliter locum non habet, quam sub ultimo apice litterae *Schin* ejusdem vocis, quique ultimus et finalis apex simul vice fungitur litterae *Re;* nec quidem attritu, elegans enim et omnino illaesus est hic nummus, quidquam hic tempus deturpavit; sed initio haud aliter expressum exstitit.

Nummus XX.

Cusus est Samarcandae anno ducentesimo nonagesimo tertio (A. C. 906).

In ceteris convenit cum proxime praecedenti, nisi quod pro *kablo* קבל in exteriore margine anticae partis aut *kabluna* קבלון exstat, quodque tum contra consuetudinem in numorum inscriptionibus foret numerus pluralis istius vocis, id quod haud facile reris

tamen; aut etiam, quod potius forte conjicis vocula *min* מן et ante et post vocem קבל per errorem fuit expressa; id enim superfluentibus istis litterarum ductibus formae non est, ut pro meris tantum censeri queant ornamentis.

TABULA VI.

NUMMUS XXI

Cusus est Sjasjae anno ducentesimo nonagesimo septimo (A. C. 909).

Area II. P.

Deo
Mohammed
Legatus Dei.
Alkaher billah.
Ahmed filius Ismael.

Cetera eadem sunt, quae in nummo XV.

Littera finalis *He* ultimae vocis *ellahi* אללה in exteriore margine primae partis in hoc nummo non nisi admodum manca seu fere nulla conspicitur, nec plene quidem umquam fuit expressa.

Nummus XXII.

Cusus est Samarcandae, anno trecentesimo tertio (A. C. 915).

Area II. P.

Deo
Mohammed
Legatus Dei
Almoktader billah.
Nassr filius Ahmedis.

Cetera eadem sunt, quae in nummo XV.

Nummus XXIII.

Cusus est Sjasjae anno trecentesimo tertio (A. C. 915).

Cetera eadem sunt, quae in proxime praecedenti.

Nummus XXIV.

Ex illis est quibus principum vel gubernatorum inscripta nomina sunt, de quibus adhuc dum nihil constat, quaeque in hoc nostro tanto sint necesse est incertiora, quoniam temporis injuria litterae ejusdem plurifariam sunt deformatae.

Antica pars habet in area:

Non est Deus, nisi
Deus unicus,
cui non est socius
אבואלעזל..בן
Princeps fidelium.

Sed num litterae in nummo illae ipsae, quas attuli, omnino sint, nec aliae, et num viri proprium quoddam nomen, vel etiam has voces:

istae litterae contineant, et num hae voces reddendae sint hoc modo:

PATER JUSTI, FILIUS
Principis fidelium,

dicere non habeo.

In interiori circulo omni procul ambiguitate legitur:

In nomine Dei cuditur hic Derham Mohammediae anno decimo et trecentesimo (A. C. 922).

Exterioris circuli, quae in nostro nummo XV, et id genus aliis, inscriptio est eadem.

Area posticae partis ita habet:

Deo

Deo
Mohammed
Legatus Dei.
Almoktader billah.
ל - - - - -

De nomine, quod heic exstitit, tanto minus conjicere quidquam ausim, quod in nostro nummo, praeter ultimam, quam adscripsi litteram, et detritum est penitus, et viris maximis atque in litteratura orientali coryphaeis quidem in nominibus, quae in hujus generis nummis obvia sunt, extricandis aqua haerere solet: Adler in similibus nummis legit אלאמיר אלחמיד, Aurivillius אלאמין בארמאל, Ol. Gerh. Tychsen מנראר vel מנכאל.

Area II. P.

Deo
Mohammed
Legatus Dei
Almoti lillah
Nuh filius Nassr.

Cetera eadem sunt, que in nummo XV.

NUMMUS XXVII.

Area I. P.

Non est Deus, nisi
Deus unicus,
non est socius illi.

Margo I. P.

In nomine Dei cusa est haec Drachma in Andalusia in anno octogesimo et trecentesimo (A. C. 990).

Pro תלתמאוה *ter centum* heic tantum תלתם exstat, qualis in nummis ob spatii angustiam brevior scriptura haud est infrequens.

Area II. P.

Imam (Antistes) *Hesjâm*
Princeps fidelium
Almuaied billah.
Oman.

Pro *Oman* legi forte potest *Amer*, non vero in nostro nummo *Amel*. Est autem *Oman* עאמן apud Arabes nomen viri, atque huicce nomini litterae cuficae, quales in hoc nostro et proxime sequenti nummo comparent, potissimum congruere videntur. Continent certe hae litterae nomen gubernatoris, qui auctoritate Chalifae Hispanici Hescham Almuaied billah hunc nummum cudi fecit.

Margo II. P.

Mohammed est Legatus Dei, quem misit cum manuductione et religione vera, quo eam extolleret super. Reliqua consvetae hujus inscriptionis verba absunt penitus.

NUMMUS XXVIII.

Margo I. P.

In nomine Dei cuditur hic derham in urbe - - anno trecentesimo octogesimo primo (A. C. 991).

De monetae loco incertus sum. Videtur mihi esse *Fes* in Mauritania.

Margo II. p.

Mohammed est legatus Dei, quem misit cum manuductione et religione vera, quo eam extolleret super religiones.

In ceteris simillimus est proxime praecedenti.

TABULA VIII.

NUMMUS XXIX.

In adversa facie cernitur caput principis, cum stella juxta posita. Ad marginem scriptus est annus, quo nummus cusus est, nempe:

Annus octo et sexcenta (A. C. 1211).

Aversa pars habet.

In Area:

Non est Deus, nisi Deus unus,
Mohammed est legatus Dei,
Princeps fidelium
\- - - - - - - - *rex*
Atabek Massud
Alkaher (victoriosus).

In Margine:

Justus Arslan Schah.

Vel potius fortasse:

(filius) *justi Arslan Schah.*

Sed de vera lectione non per omnia certus sum, quum edacis vim temporis haudquaquam effugerit nummus noster, quem nobis donavit et ex India orientali transmisit celebris in urbe metropolitana Ceylanensi Jaffnapatnam Medicus Stützer, qui eundemque in regione Babylonis e terra fuisse effossum simul indicavit.

NUMMUS XXX.

In adversa parte haec habet:

Non est Deus, nisi Deus
unus ille.

In parte aversa:

Muhammed
Servus Dei
et legatus ejus.

NUMMUS XXXI.

Ejusdem generis est, ac qui describebatur proxime, easdemque servat inscriptiones; sed non ejusdem est typi, id quod tam ex litterarum, quam magnitudinis et formae dissimilitudine facile dispicitur. Litterae in binis hisce nummis elegantes maxime sunt; et quales in antiquissimis cuficis nummis comparent.

Appendicis instar ex aureis Muhammedanorum recentioribus nummis, binos, quos in meis adnumero, subjun-

xi, quorum prior (N. XXXII.) inscriptum habet.

In Parte I.

Imperator
Mahmud Chan.
Insignis sit victoria ejus,

in Parte II.

et valida.
Cusus est (nummus) *in*
Insulis (h. e. Algeriae)
1114 (h. e. A. C. 1731.)

Posterioris (N. XXXIII.) inscriptiones sunt

in Parte I.

Mustafa
Illustris sit victoria ejus. Cusus est in
Islambul (Constantinopoli).
1171. (A. C. 1757).

In Parte II.

Imperator duarum continentium, et monarcha duorum marium, imperator, filius imperatoris.

Nomen *Islambul*, quo Conſtantinopolis in hoc aliisque nummis insignitur, effictum est ex voce turcica vel potius arabica *Islam*, quemadmodum orthodoxa Turcarum religio adpellatur, et vocabulo graeco πολις, urbs, ut idem sit atque urbs *islamismi*, seu orthodoxae religionis, cuique sic dictae orthodoxae religioni qui adhaeret Arabice vocatur *moslim*, *muslim*, in plurium numero *muslimun*, *muslimuna*, unde Muhammedani vulgo audiunt *musulmani;* latine diceres *credentes*, nam *muslim* est participium verbi arabici *salama* שלם, quod in

quarta arabismi conjugatione significat credere, quodque aethiopica etiam *salama*, hebraica *salam* vel *schalam*, aramicis autem dialectis scribitur *slam* vel *schlam*, monosyllabica forma, quae omnium est antiquissima. Ad idem verbum pertinens quoque est nomen *islam*. Effingendi vocabuli *Islambul* occasionem praeterea praebuit, quae vulgatior est urbis Constantinopoleos adpellatio, *Istambul*, quaeque orta creditur ex graecis vocibus εἰς τὴν πόλιν; Graeci quippe Constantinopolim iter. facientes *is tin polin*, "in urbem," vulgo dicere traduntur, unde urbi tandem nomen mansisse perhibetur *Istambul*.

At vero nihil certe aliud est hoc nomen, nisi contractior eloquendi modus vocabuli *Constantinopolis*, cui o-

rientalium gentium more demtae syllabae sunt, et quemadmodum pro *Hippocrates* Arabes dicunt *Boqrat*, et id genus alia; sic ex *Constantinopolis* contractum est *Stanpol*, id quod ex genio linguarum orientalium alio modo pronuntiari non potest, quam praeponendo litteram aleph, unde oritur *Istanpol*, quodque ex analogia in *Istambol*, vel *Istambul* necessario sese transformabit. Graecum *staphylinos* Arabes praeponendo aleph transmutarunt in *istofilin*, *istofin*, *istun*; latinum *stomachus* dialecto chaldaeo-talmudica scribitur *istomca* syriace *estumco*; graecum et latinum *stater*, chaldaice scribitur *isteira*, syriace *estiro*, *estir*, arabice *istar*; latinum *sta*-re, et persicum *ista*-den, demtis, quas quaelibet lingua suas habet, terminationibus, unum

idemque vocabulum est. Et sic in aliis bene multis.

INSCRIPTIONES NUMMORUM

JAM EXPLICATAE,

litteris Arabum hodiernis expressae, et punctis vocalibus adfectae.

NUMMUS 1.

Area I Partis:

لَا اِلٰهَ اِلَّا
اَللّٰهُ وَحْدَهُ
لَا شَرِيكَ لَهُ

Margo I P.

بِسْمِ اَللّٰهِ ضُرِبَ هٰذَا اَلدِّرْهَمُ
بِدِمَشْقٍ فِي سَنَةِ تِسْعٍ وَسَبْعِينَ

Area II P.

اَللّٰهُ اَحَدٌ اَللّٰهُ
اَلصَّمَدُ لَمْ يَلِدْ وَ

لَمْ يُولَدْ وَلَمْ يَكُنْ
لَهُ كُفُوًا أَحَدٌ

Margo II P.

مُحَمَّدٌ رَسُولُ ٱللَّهِ أَرْسَلَهُ بِٱلْهُدَى
وَدِينِ ٱلْحَقِّ لِيُظْهِرَهُ عَلَى ٱلدِّينِ
كُلِّهِ وَلَوْ كَرِهَ ٱلْمُشْرِكُونَ

NUMMUS 2.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِوَاسِطٍ فِي سَنَةِ
ثَلَثٍ وَتِسْعِينَ

NUMMUS 3.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِوَاسِطِ سَنَةً

سِتَّ عَشْرَةَ وَمِيَّةً

NUMMUS 4.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِوَاسِطِ سَنَةً

اِثْنَايِنِ وَعِشْرِينَ وَمِيَّةً

NUMMUS 5.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِوَاسِطِ سَنَةً

سِتَّ وَعِشْرِينَ وَمِيَّةً

NUMMUS 6.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِالْمَحَمَّدِيَّةِ

سَنَةَ ثَمَانٍ وَاَرْبَعِينَ وَمِيَةٍ

Area II P.

مِمَّا اَمَرَ بِهِ اَبُو

مُحَمَّدٍ الْمَهْدِي

بْنُ اَمِيرِ الْمُومِنِينَ

NUMMUS 7.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِالْاَرَّانِ سَنَةَ ثَلَثٍ

وَخَمْسِينَ وَمِيَةٍ

Area II P.

مِمَّا أَمَرَ بِهِ
اَلْمَهْدِي مُحَمَّدٌ
بْنُ أَمِيرِ اَلْمُومِنِينَ

NUMMUS 8.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِالْأَنْدَلُسِ
سَنَةَ اِثْنَيْنِ وَسِتِّينَ وَمِيَّةً

NUMMUS 9.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِالْمُحَمَّدِيَّةِ

سَنَةَ ثَلٰثٍ وَثَمٰنِينَ وَمِيَّةٍ

Area II P.

مُحَمَّدٌ رَسُولُ ٱللَّهِ

مِمَّا أَمَرَ بِهِ ٱلْأَمِيرُ ٱلْأَمِينُ

مُحَمَّدُ بْنُ أَمِيرِ ٱلْمُومِنِينَ

جَعْفَرُ

NUMMUS 10.

Margo I P.

ـــ ضُرِبَ ـــ ـــ بِمَدِينَةِ ٱلشَّاشِ

سَنَةَ تِسْعِينَ وَمِيَّةٍ

Area II P.

مُحَمَّدٌ رَسُولُ

ـ ـ ـ ٱللَّهِ

ـ ـ ـ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ

ـ ـ ـ ـ ـ ـ ـ

NUMMUS 11.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِمَدِينَةِ

ٱلسَّلَامِ سَنَةَ ثَلَثٍ وَتِسْعِينَ

وَمِيَّةَ

Area II P.

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ

ٱللَّهِ

Nummus 12.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِمَدِينَةِ

ٱلسَّلَامِ سَنَةَ سِتَّ وَتِسْعِينَ وَمِيَّةٍ

Area II P.

وَلِيُّ ٱللَّهِ

مُحَمَّدٌ رَسُولُ ٱللَّهِ

مِمَّا أَمَرَ بِهِ عَبْدُ ٱللَّهِ

مُحَمَّدٌ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ

ٱلْأَمِينُ

NUMMUS 13.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِمَدِينَةِ

إِصْفَهَانَ سَنَةَ سَبْعَ وَتِسْعِينَ

وَمِيَّةٍ

Area II P.

لَا إِلٰهَ
مُحَمَّدٌ
رَسُولُ
ٱللَّهِ
هِرْثَمَهْ

NUMMUS 14.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِٱلْأَنْدَلُسِ
سَنَةَ سَبْعَ وَتِسْعِينَ وَمِئَةً

NUMMUS 15.

1 Margo I P.

ـــ ضُرِبَ ـــ بِٱلْشَاشِ سَنَةَ

سِتَّ وَثَمَانِينَ وَمِأَيتَينِ

2 Margo I P.

لِلَّهِ ٱلأَمْرُ مِنْ قَبْلُ وَمِنْ

بَعْدُ وَيَوْمَئِذٍ يَفْرَحُ ٱلْمُومِنُونَ

بِنَصْرِ ٱللَّهِ

Area II P.

لِلَّهِ

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ ٱللَّهِ

ٱلْمُعْتَضِدُ بِٱللَّهِ

إِسْمَعِيلُ بْنُ أَحْمَدَ

NUMMUS 16.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِٱلْشَاشِ سَنَةَ

سُبْعَ وَثَمَانِينَ وَمَايَتَيْنِ

NUMMUS 17.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِبُلْخ سَنَةَ

إِحْدَى وَتِسْعِينَ وَمِائَتَيْنِ

Area II P.

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ ٱللَّهِ

ٱلْمُكْتَفِي بِٱللَّهِ

إِسْمَاعِيلُ بْنُ أَحْمَدَ

Nummus 18.

Margo I P.

ـــ ضُرِبَ ـــ بِٱلشَّاشِ سَنَةَ

ثَلَاثٍ وَتِسْعِينَ وَمِائَتَيْنِ

NUMMUS 19.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِٱلْشَاشِ سَنَةً

ثَلَثٌ وَتِسْعِينَ وَمَاء يَتَيْنِ

NUMMUS 20.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِسَمَرْقَنْد سَنَةً

ثَلَثٌ وَتِسْعِينَ وَمِايَّتَيْنِ

NUMMUS 21.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِٱلْشَاشِ سَنَةً

سَبْعَ وَتِسْعِينَ وَمِائَتَيْنِ

Area II P.

لِلَّهِ

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ ٱللَّهِ

ٱلْقَاهِرُ بِٱللَّهِ

أَحْمَدُ بْنُ إِسْمَعِيلَ

NUMMUS 22.

Margo I P.

— — ضُرِبَ — — بِسَمَرْقَنْدَ سَنَةَ

ثَلَثٌ وَثَلَثُمِائَةٌ

Area II P.

لِلَّهِ

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ ٱللَّهِ

ٱلْمُعْتَضِدُ بِٱللَّهِ

نَصْرُ بْنُ أَحْمَدَ

Nummus 23.

Margo I P.

ـــ ـــ ضُرِبَ ـــ ـــ بِٱلشَّاشِ سَنَةَ

ثَلَثٌ وَثَلَثُمِائَةٌ

NUMMUS 24.

Area I P.

لَا اِلٰهَ اِلَّا
اَللّٰهُ وَحْدَهُ
لَا شَرِيكَ لَهُ
اَبُو اَلْعَدْلِ - - -
اَمِيرِ اَلْمُومِنِينَ

Margo I P.

- - ضُرِبَ - - بِالْمُحَمَّدِيَّةِ

سَنَةَ عَشْرَ وَثَلَثْمِائَةَ

NUMMUS 25.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِمَدِينَةِ ٱلسَّلَامِ

سَنَةَ سِتَّ وَعِشْرِينَ وَثَلَثْمِائَةَ

Area II P.

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ

ٱللَّهِ

أَلرَاضِيْ بِٱللَّهِ

NUMMUS 26.

Margo I P.

ـ ـ ضُرِبَ ـ ـ بِسَمَرْقَنْدَ سَنَةَ

سِتٍّ وَثَلٰثِينَ وَثَلٰثِمِأَيَةٍ

Area II P.

لِلّٰهِ

مُحَمَّدٌ

رَسُولُ ٱللّٰهِ

ٱلْمُطِيعُ لِلّٰهِ

نُوحُ بْنُ نَصْرٍ

NUMMUS 27.

Area I P.

لَا اِلٰهَ اِلَّا
اللّٰهُ وَحْدَهُ
لَا شَرِيكَ لَهُ

Margo I P.

بِسْمِ اللّٰهِ ضُرِبَ هٰذَا الدِّرْهَمُ
بِالْاَنْدَلُسِ فِي سَنَةِ ثَمٰنٍ وَثَلٰثِمِ

Area II P.

اَلْاِمَامُ هِشَامٌ
اَمِيرُ الْمُؤْمِنِينَ

السويد بالله

عامن

NUMMUS 28.

Margo I P.

بسم الله ضرب هذا الدرهم

بمدينة (فاس) سنة أحد وثمنين وثلثمه

NUMMUS 29.

Margo I P.

سنة ثمان وستمائة

Area II P.

لا اله الا الله وحده

محمد رسول الله

أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ

ملكى

اتابكى مسعود

Margo II P.

العدل ارسلان شاه

NUMMUS 30 & 31.

I. P.

لَا اِلٰهَ اِ

لَّا ٱللّٰهُ

وَحْدَهُ

II. P.

مُحَمَّدٌ

عَبْدُ ٱللّٰهِ

وَرَسُولُهُ

NUMMUS 32.

I. P.

سُلْطَانُ

محمود خَانُ

عَزَّ نَصْرُهُ

II. P.

وَالِدُهُ

ضُرِبَ فِي

جَزَايِرِ

١١٤٤

NUMMUS 33.

I. P.

مصطفي

عَزَّ نَصْرُهُ ضُرِبَ فِي

اسلامبول

١١٧١

II. P.

سُلْطَانُ ٱلْبَرَّيْنِ

وَخَاقَانُ ٱلْبَحْرَيْنِ

ٱلسُّلْطَانُ إِبْنُ

ٱلسُّلْطَانِ

Scribit quidem Kehrius بِسَمَرْقَنْدَ بِوَاسِطَ sed in Gjarumijjah docetur بِ esse particulam Chafdae non Nasbae.

Finis.

ABOÆ,
apud J. C. FRENCKELL, R. Acad. Typ.

	Litt. Final.	Litt. initial.
Dad		
Ta		
Dtha		
Ajin		
Gajin		
Fe		
Kaf		
Keph		
Lam		
Mim		
Nun		
He		
Vav		
Je		
Lamelif		

ALPHABETUM CUFICUM

ex his Nummis desumtum

	Litt. final.	*Litt initial.*
Alef	ا	ا ا ا ا
Be	ب ب	ب ب
Te	ت ت	ت ت
Thse	ث ث	ث
Gjim	ج	ج
Hha	ح ح ح	ح ح ح ح
Cha	خ	خ
Dal	د د	د د د د
Dhsal		ذ ذ ذ ذ
Re	ر ر	ر ر ر ر
Ze		
Sin	س	س
Schin	ش	ش
Sad		ص ص ص

A B

I.
R
a.f. 79.

A B

II.
R
a.f. 93.

A B



IV.
R
a.f. 122.

A B

III.
R
a.f. 116.

V
Æ
a.f. 126.

VI
Æ
a.f. 148.

VII
Æ
a.f. 153.

VIII
Æ
a.f. 162.

IX
AR
a.f. 183.

X
AR
a.f. 190.

XI
AR
a.f. 193.

XII
AR
a.f. 196.

A B

XIII
AR
a.f. 197

XIV
AR
a.f. 197



XV
AR
a.f. 286

XVI
AR
a.f. 287

A B

XVII
AR
a.f. 291

A B

XVIII
AR
a.f. 293

A B

XIX
AR
a.f. 293

A B

XX
AR
a.f. 293

A B

XXI
AR
a.f. 297.

A B

XXII
AR
a.f. 303.

A B

XXIII
AR
a.f. 303.

A B

XXIV
AR
a.f. 310.

XXV
AR
a.f. 326.

XXVI
AR
a.f. 336.

XXVII
AR
a.f. 380.

XXVIII
AR
a.f. 381.

A B

XXIX
Æ

a.f. 608

A B



XXX
Æ

A B



XXXI
Æ

A B



XXXII
Æ

a.f. 1144

A B

XXXIII
Æ

a.f. 1171

Corrigenda.

Pag. 13, lin. 11. Poſt vocem: omiſſa, pone comma & adde: vel quod potius & arbitror quidem potiſſimum *Irac*, אראק.

— 42, lin. 11. 1114, leg. 1144.

A FINE IS INCURRED IF THIS BOOK IS
NOT RET[illegible] TO THE BRARY ON